

post autem, serò licet, geminis Carthaginensium ruinis, summæ prouidentia apparuit.

ACHITVS.

NEc illa prætereunda est Achiti senis exclamatio, qui cum primo concionantem adolescentem Periclem audiret, repentè Philistrati, quem senio grauem, iuuenis audierat recordatus: Cauete, ait, hūc iuuenē Ciues, est enim in loquēdo per similis Pisistrato. Vulgò quidem plausibiliter nihil nisi præsentia cernenti, senj autem & præterita memoranti, & futura prouidenti, formidabiliter loquiuus est: Quid igitur? falsumne præfagijt, aut nō rectè præuidit, qui ex sermonū similitudine, coniecturam traxit ad similitudinem animorum? profectò Pericles alter erat Pisistratus, nisi quod ad euertendam libertatem ille linguam pariter & dextram armauerat, huic lingua suffecit. Et nunc hi tres senes remaneant inuicem fabulantes, modò diuersitas linguarum non impediāt, ostentantesque alter alteri, incredulam patriam, iuuenum consilijs in cineres resolutam: nos iter incæptum sequamur. Postquam verò per præsentia à præteritis in anteriora transgressi sumus,

v. iij.